UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

209. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

De eadem re. *Ex eodem.*

CCVII. Quidam fornicatus eſt cum aliqua muliere. Poſtea filius, neſciens patris factum, ſtupravit eandem. Quod cùm pater reſciſſet, de ſe filióque confeſſus eſt. Statuerunt melius eſſe ut taliter lapſis cùm digna pœnitentia legitima permittantur conjugia quàm fortè deteriùs delinquant; cum fornicaria autem illa graviùs agendum.

Concil. Tribur. c. 43. Burchard. lib. 17. c. 16.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCVIII. Si quis cum duabus ſororibus fornicatus fuerit, & ſoror ſororem ab eodem antea ſtupratam neſcierit, vel ſi ipſe ſororem ejus quam antea ſtupravit non intellexerit, ſi dignè pœnituerint, & ſe continere non valuerint, poſt annos ſeptem conjugia illis non negentur. Si autem non ignoraverunt, uſque ad mortem à conjugio abſtineant.

Concil. Tribur. c. 45. Burchard. lib. 17. c. 5.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCIX. Si quis cum duabus ſororibus fornicatus fuerit, vir diebus vitæ ſuæ pœniteat. Soror autem quæ de alia ſorore neſcivit, licentiam habeat nubendi.

Burchard. lib. 17. c. 6.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCX. Si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater ejus neſciens duxerit eam uxorem; frater, eò quòd fratri crimen celaverit, pœniteat, & poſt pœnitentiam nubat. Mulier autem uſque ad mortem pœniteat. [*Vide lib. 7. Capitular. cap. 296.*]

Concil. Tribur. c. 44. Burchard. lib. 17. c. 13.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN